

Tribulatio magis est, si Sanctos magnaque virtutes. Affligere quoque cum mysticis theologis possumus, tribulatione extrema duci virtutis, & sanctitatis li- neamenta; ita ut si veluti postrema cura, quam adhibet Deus perficienda imagini, ac similitudini filii sui, quam in nobis efformat. Ideo cum aliquam ad sublimem sanctitatis gradum cupit attollere, inde val- go opus suum perficit. Primum quidem suaviter agit, mox graves illis tribulationes immitit, ac tandem illos seyissimis persecutionibus objicit. Quae res homi- num errorem auferre debet existimantium, ex quo Deo famulari incipiunt, ab eo erui debere ex omni- bus hujus vita adversis, & calamitatibus. Ideo, ex sapientum animadversione, perfectioribus tantum gra- viores tribulationes, & adversa immitit Deus, quia virtus in tribulatione perficitur. 2. ad Cor. 13.

Per tribulationes, quas pro Deo patimur, firmum habemus spem, ac moralem certitudinem salutis no- strae. 1. Quia tribulatio materies est patientiae, qua- tumissima ad salutem via est. 2. Propter gratias pec- catorum, quas elongatur Deus illis, qui propter amo- rem ejus patiuntur. Haec est ecclesiae sententia, non alia inquisitenti argumenta ad sacram apotheosin eor- um, qui pro fidei testimonio mortem subiere, vel qui diem obire inter persecutiones, & miserias, quas propter Deum perferunt.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, nihil inquit concoloribus lecti hujus argumenti.

Vite hujus labores, & ærumnae vera supplicia non sunt; reus quippe sibi debitas luens penas ju- stum nullum præmium meretur. Sed filius Dei exitium hoc, quo damnati sumus, in gloriosum nobis sta- dium convertere volens, supplicii nominis nomen cer- tamini subrogavit; quod ipsum de exemplo, & per- sona dignitate decoravit: ita ut qui magis, melius- que patitur, coronam obtineat speciosorem. Liber, qui titulus: Passiones Domini Nostri.

In homine duo sunt, quibus creata qualibet indi- gna sunt: quae uni Deo sunt tribuenda; cor videlicet, & erudit; amare, & pati. Etenim JESUS CHRIS- TUS passioem pretium eo usque protulit, ut non terre tantum bonis, verum etiam insignioribus caeli favoribus sint praeferenda. Infana excitas est pro- mando pati, atque rem adeo sanctam in profanos usus impendere, qui illius omnem nocentiores. Idem.

S. nonquam suaviori peracti fuerunt solatio, quam cum majora passi sunt; pro JESU CHRISTO pati- culum erat letitiae eorum, quemadmodum esse de- bebatur gloriae. Apostoli, & martyres obitus sui diem triumphum censuerunt: ignominia, & mala, quae pro J. C. nomine perierant, illis honoris, & gaudii erat argumenta: ubi gaudentes a conspectu Concilii, quomodo digni habiti sunt pro nomine Jesu consumeliam pati. Act. 5. Carceres, in quos trudebantur, nunquam satis obscuro, tetrico erant, non satis acuti gaudi, & fecures; non satis graves compedes, & ca- tene; nec satis ardentis praena, quae incendebantur, ut illi in cinerem redigerentur. Abbas Troppensis in explanatione regulae S. Benedicti.

Affixi te, dicebat olim populo suo Deus per Pro- phetam Nahum; quod ipsum hodie quoque dicere po- test tot fidelibus, qui tribulatione premuntur. Ego te affixi; ego permisi mortem filii tui, quem nimis ama- bas; pravam illius temperamentum, medicique infici- tiam insimulabas; sed ipse illum avulsi de manibus tuis atque manu clanculum abscondit ita ut illum non videris: Affixi te. Nahum 1. Ego te bonorum, præ- miorumque jactura affixi; caudicem, & mala fidei, a quo lis tibi intentata fuit, succenses, sed errabas; ego illa operabar, & quidquid ille faciebat, me ten- tem permittebat faciebat. Job 2. 2. Propositionum.

Quid sunt vitæ hujus adversa? Si naturam, & af- fectum interrogo, dicent, illa quidem diuturna esse, acerba non ferenda; verum si Deum, qui neque falli, neque fallere potest, percontor, nihilum esse respon- debit. Ad punctum in modico derelinqui te, & in mi- serationibus magnis congregabo te, inquit per Is. c. 54. Ad punctum, hæc quantitas est; punctum hoc adeo exiguum est, ut nec videri, neque dividi possit. In modico, hæc qualitas, parum est, injuria, lis, mor- bus, quæ omnia, si cum æternitate conferantur; ni- hilum sunt. Dereliqui te in re nullius momenti, & ad brevissimum tempus; sed levis hæc, brevissimeque derelictio quod feret? effusionem, atque meam in te misericordiae exundationem; tibi dare terga debebat, sed cor meum aperiebam. Idem.

Tribulatio- nes Deo pro- ficuntur.

Sola in tri- bulationibus.

Omnis hujus vite tribula- tionis fieri- possunt me- ritoris.

Deus nos tribulationibus non consolatur.

Si vobis persuasum fuerit, beatum esse pati, ve- ritatis hujus persuasio in tribulationibus vobis erit solatio. Audiit Apollolus, qui ipsa doctus expe- rientia ita loquitur. Profecto, dicit ille ad Corin- thios scribens, in omnibus tribulationibus patimur, sed non derelinquimus: æstimamus, sed non perimus. Apo- stolus hic persecutionum suarum circumstantias late describens nonne testatur suavissimam earum conso- lationum dulcedinem, quas in patientis cor effun- dit ille, pro quo patitur? Si abundans passiones Chri- sti in nobis, ita & per Christum abundans consolatio no- stra, Specimina sermonum pro Dom.

Deus nos tribulationibus non consolatur. Deum amorem suum longe aliter, ac homines, te- statur: hi amicos suos bonis, & honoribus cumu- lant: Deus e contra perfectiones, ac tribulationes illis immitit. Unde hoc discernit? Nunquid Deus minus liberalis, quam homines, est? Deo servimus Apollolus inquit, qui a nemine liberalitate se pa- titur superari. Nunquid sibi complacet Deus crudeli modo filios hominum exercere? Deus meus es tu, inquit Propheta, ac mihi benefecere tantum qua- ris. Nunquid tandem inservientibus sibi nequit re- munerari? Remunerari potest, atque remuneratur non autem nos ad terræ hujus dignitates attollens, vel caduca, & peritura nobis prodigens bona; hæc quippe remunerationes indigne sunt & liberalitate Dei, & fervorem ejus fidelitate. Aeterna nobis bona reservat, deliciarum torrente nos inebriaturus. Quemadmodum autem passionum via tutissima est ad illorum possessionem promerendam, Deus electis suis tribulationes immitit certissima illis suppeditat ad- ministrata, per quæ æterna hæc præmia consequan- tur, & per eadem ostendit, quanta nos dilectione prosequatur. Ex manuali sermone.

Justus, ille videlicet, qui vel innocentie suæ de- trimentum nunquam passus est, vel eandem sinceram conversione reparavit; Justus, inquam, ad quem- cunque perfectionis gradum pervenerit, longè sem- per abest ab illo, ad quem Dei bonitas illum cupit attollere; quæcumque habeat virtutem, illam sem- per invenit longe inferiorem esse, quam ab eodem exigit; & quam plurimum illi adhuc desse nanci- scitur. Quid autem aptus ipsa tribulatione esse po- test ad efficiendum, ut justus in via salutis incedat, ut in iustitia sua perseveret, ut prohibeat, ne vir- tus elanguat, utque eandem confirmet? Nunquid alte adeo in cor tuum radices egisset humilitas, nisi tibi hæc tribulationem immitteret Deus? Quæ de caetera a terrenis bonis animam habet avulsam, nisi quod permisit Deus, ut earum jacturam patereris? Cur debes invictam patientiam, nisi infirmitatibus, quibus te obnoxium esse Deo voluit? Nonne hujus- modi infirmitates mundi naturam tibi creatur? Nonne ille aciat, ut adeo fere conturbas ad Deum, ut tæmet ipsam voluntatem suam eodem tempore, quo brachium suum aggravat super te? Justus exer- cetur ad perfectionem. S. Aug. ait. Idem.

Tribulationem est nos in officio continere: hæc vir- tutes alunt, & roborant, incompositos affectus coe- rent, inconstantiam timent, atque in oculis Dei nos jucundos efficiunt. Et profecto, Fideles, si facta consulerimus Biblii, invenimus Deum minus pe- percisse illis, quos impensus dilexit. Nonne pec- catori digne profectus est Patriarcham Joseph, Propheta Eliam, & Daniele, Præcursores suum S. Joannem Baptistam, S. Paulum Apostolum suum, dilectumque Discipulum S. Joannem? Atamen gra- vissimæ tribulationibus illos exercuit. Nonne ama- biles et Martyres, quos tyrannorum furori tradidit? Nonne sanctissimum Matrem suam mortaliū om- nium purissimam amatam; & nonne simul eandem merore cumulatam? Deus tandem nonne Unigeni- tum suum diligebat, cum illum Judæorum calumniis furori, & odio tradidit? Possimus post hæc de di- vinitus ergi nos charitate dubitare, cum nos tribula- tionibus ut geri permitti? Potestne Deus melius suum erga nos amorem testari, quam nos efficiendo simi- les filio suo, qui crucifixus est, ut aliquando nos filio eidem glorificato similes faceret? Idem serm. manuali.

Quibus validioribus Deus uti rationibus potest, ut ad se trahat peccatorem, illumque convertat? Illinc sancta inspirabit desideria? Quot divinos afflatus peccator contempnit? Elucet, ut menti illius nova lumina affulgant? Ille voluntarius est caecus, ocu- los lumini claudens. Aliquem Propheta mir- tet ad illum? Nisi huic necem intulerit, ut olim quidam R. g. s. Israel, cum tamen tamquam impor- tum conforem præsumebat. Nam aliquod in Eusebii Bibl. Tom. IV.

Tribulatio- nes efficacius mi sunt mo- di, quibus non Deus ad se trahit.

Reprobi sub- ditine flagellis indurantur, non coere- tur.

Deus nos tribulationibus non consolatur.

Deus nos tribulationibus non consolatur.

Deus nos tribulationibus non consolatur.

oculis ejus miraculum operabitur? contra ipsa mira- cula obdurabit. Denique Deus, ut cor ejus com- moveat, sese illi in sacramentis communicabit? uti- nam ad illa nunquam accessisset; mortem invenit ibi, unde alii vitam hauriunt; saluberrima pharmaca illi facta sunt praesantissima venena. Quia igitur insisteret via peccatorum, quem amat, & salvare cupit, lu- craturus? Hic vere agnosco, Salvator, quod non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. Postquam suavissimum quoque adhibuisti consilium, ut obduratum commoveres peccatorem, tandem vel invitum tribulatione cogis, quæ quidem est tanquam extremum remedium. Idem.

Si hoc in mundo patimur, meminerimus, Jesum Christum prius passum fuisse; unde sequitur, I. il- lum retulisse, & heberasse tribulationem aciem, ac ad illis omnem amaritudinem abstulisse; necnon quid- quid in vite hujus malis, & ærumnis seyissimum est, fuisse perpessus, ideoque effecit, ut illa fac- le ferre possent. Postquam sacra admovit labia ca- lici passionis suæ, suave reddidit, quicquid erat ama- rum, & abyssum in dulcedinem convertit; atque moruus in cruce abstulit, quicquid huic supplicio turpitudinis inerat. Quamobrem si ad mortem rapi- or, meminisse debeo Salvatorem primum ad mor- tem raptum fuisse; ad majorem redigi nequeo pau- peritatem, neque ad eum statum cogi, ubi majoribus contumeliis, & probis afficiat. Post Dei exemplum non desit mihi, unde consoletur, ideoque magno, ala- crique animo hunc calicem salutaris accipiam. Pl. 115. ubi hunc ille mihi propinaverit. 2. Si quid patimur, non nisi post hunc Deum Hominem patimur, ideo- que minus quam ille, patimur, quodcumque nobis accidat, semper illius vestigia sequemur. Licet ergo nobis id detrectare, quod ille accepit? Non- ne eximius nobis honor est eodem excipi pacto, quo ille, illius in doloribus socios esse, & bibere cali- cem filius? P. Delingenides sermone pro Dominica Eul- marum.

Tribulatio dicitur quoque tentatio, quia per illam nostri periculum fit, & efficit, ut a Deo, a nobil- met ipsis, & ab hominibus agnoscamur. Ita Deus tentavit Abraham, & hæc maxima fuit tentatio, quod sancto huic viro accidere poterat. Cum a Deo jussus fuisset unigenitum propriis sacrificare manibus, hæc virtus, quæ, ut ita dicam, aurum erat mundum, in fornace posita inventa est solida, & vera; ita ut il- lud Dei testimonium merita fuerit: Nunc cognovi, quod times Deum, & non repericisti unigenitum tuo propter me. Gen. 22. Tentatio Job nonne confundit calumniam demonis, qui accubabat illum, quasi Deo propter utilitatem, quam in illius servitute percipiebat, sa- mularetur? Permisit igitur huic spiritui nequam, ut illum tentaret, eumque, ut ita dicam, in tribulatio- num fornacem projiceret; atque tunc sanctus ille vir ostendit, quousque hominis patientia procedere pos- set, quemadmodum ille ipse testatur: Ipse vero pro- bavit me quasi aurum, quod per ignem tranfit. Job 23. Idem.

Si te ipsum cognoscere cupis, ad Deum, ut Da- vid, teipsum convertere: Proba me, Domine, & tenta- me; & memento, quod si impatientia corripseris, cum ita periculum tui facit Deus, te virtuti tue ne- quaquam consistere posse. Scis quoque Deum ad te omnibus, quæ accipiunt, tribulationibus tentandum uti aspero, molesto, ac imperioso eorum, cum qui- bus versaris, ingenio; atque hoc pacto ut plurimum te per tribulationis ignem traducere. Tentatio hæc aliis quoque virtutes, delectos, & vicia nostra detegit. Et profecto non detegantur nisi per patient- tiam, vel furorem, quem in illis, quæ nobis mala eveniunt, ostendimus: eo usque, ut demon hoc abu- teretur pretextu, virtuti Jobi obrectaturus, Deo dicens; Nunquid Job frustra times Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum ejus? &c. Quam laudem re- tur, si diligit te? ita illum opibus cumulasti, ut nihil ei nocere possit; verum si manus tua tetigisset illum, laudes suas in blasphemias converteret, atque palam ostenderet, se ideo amare, quia plurimum inde recipit utilitatis. Liqueo ergo, nisi tribulationibus tentemur, æquivoecam esse virtutem nostram, ne- que satis certum de eadem ferri posse judicium. Idem.

Communis sententia est, patrum, matrumque amorem differre; patris enim amor sortis est, & le- verus; matris vero tener, ac nimis indulgens. Deus primo illo amore justos complectitur; laboribus et- mo, doloribus, ærumnisque sunt exercendi; si enim erga patris lenius cum illis ageret, vel si illius omnia postulata con-

Exemplum filii Dei, qui primus passus est, nobis solatio esse debet in tribulationibus.

Tribulatio- nes sunt pe- ricula, quod de nobis vult facere Deus.

Tribulatio efficit ut nos- tricam agnoscamus.

Amor, quo Deus prole- cutur justos, similis est a- mori patris erga filios.

V v con-

concederet, illi in infelicitate laborarent languorem, atque impares fierent omnibus virtutum actibus, qui maxime necessarij sunt in his occasionibus, quae passim in vita decursa contingunt; liquet enim, virtutem recentem acquirere vires in adversis, quemadmodum labore induratur corpus, & cuiuscunque operi aptum efficitur. Quapropter si leves, aut nullas tibi Deus tribulationes immittit, argumento est, virtutem tuam ab illo flocci fieri; te ad nil magnum destinari, atque non ita diligi, ut eos, quos pro filiis habet, a quibus multum expectat, uti S. Paulus affirmat: Omnium filium, quem diligit, Deus castigat, Ad Hebr. 13. Luce 12. Dolingendi.

Facillime ferre heroica nuncupatur. Ad hoc autem, ut actio dimittatur heroica, tria postulantur; obiectum videlicet illustre, & sublime, quod nempe factum difficile sit, & generosum; deinde quod ad hunc finem peculiare a Deo obtineatur auxilium; tertio demum quod omnibus viribus adlaboretur. Qui constanter magnos patitur labores, haec tria possidere dici potest; ut enim infirma, fragillique natura superet, quidquid sibi adversatur, ut in tribulationibus, crucibusque oblectetur, ut illas amet, easque se pati gloriatur, summo eget auxilio, & peculiari gratia roboranda est; nec non omnia spiritum, omnesque nervos debet expandere, ut id, quod difficile videtur adeo, perficiat. Virtus igitur tanquam magis heroica est, quam cum gravillime calamitates, atque adversa perferenda sunt. Idem.

Ratio, propter quam in tribulationibus gloriari debemus, haec est, quia nos JESU CHRISTO similes efficiunt, quemadmodum per haec verba testatur Apostolus: Ad cognoscendam societatem passivum illius configuratus mori ejus. Ad Phil. 3. Nulla imaginis potior gloria deferri potest, quam quod prototypum quam maxime imitetur; ideoque cum vita nostra non aliud esse debeat, quam imitatio vitae JESU CHRISTI, qui magis patiuntur, propterea ad perfectionem accedunt: Inspice, & fac secundum exemplum, quod tibi in monte monstratum est. Inde magis ille proficitur honos, quem Martyribus deferri vides; illis enim templa, arasque dedicamus, illis dies, solemnemque festivitatem facimus, & quin vlla de vita eorum quaestio habetur, satis est, illos pro JESU CHRISTI nomine passos fuisse, ut in Sanctorum albo referantur. Quamobrem S. Paulus palam proficitur se in hoc uno gloriam suam constituere: quod Domini sui crucem ferre possit: *Aspi mihi gloriari, nisi in cruce Domini.* Ad Galat. 6. Profecto cum nefaria vanitas sit gloriam consecrari, atque res praecclare gestas jacitare, quantumvis illa nitent, mirum est, quod S. Paulus, Apostolus ille adeo humilis, & qui metuebat, ne postquam aliis salutis viam tradidisset, reproberetur, & non audebat errare revelationes, & singulares gratias, quas divinitus acceperat, ne sibi hominum existimationem conciliaret; quod S. Paulus, inquam, de tribulationibus, & armisque suis gloriatur, suas catenas in quodam veluti trophaeum erigat, atque ea, quae pro Dei gloria passus est, jactet. Sed quamvis alia quaelibet gloria vetita sit, quia inanis, fragilis, & plerumque fallax; licet tamen gloriari de his, quae pro Deo passus fuimus, quia gloria haec vera, & solida est, quae nos re ipsa magnos, & coram Deo gloriosos constituit. Addere possumus etiam, non aliam esse gloriam, quae cum illa valeat comparari. Etenim Dei filius paulo ante passionem suam, cum aeternum rogasset Patrem, ut sibi eam redderet gloriam, quae, antequam mundus fieret, perfruebatur; gloria, quam illi Pater concessit, fuit mors, & sanguinis quilibet cruciatus: etenim per haec se omnibus tradidit cognoscendum, atque hominum, & Angelorum adorationem promeruit. *Partim ex eo sem.*

Facere non possumus, quominus ea patiamur mala, quae humanae naturae, & conditioni sunt inherencia, quoniam sunt inevitabilia. Sed gratiae, atque christianae virtutis interest efficere, ut acceptatione nostra voluntaria fiant, quod secundum S. Petri in 1. Epist. cap. 4. adhortationem facere debent Christiani: *Nemo vestrum patiatur, ut homicida, aut fur, &c. Nemo vestrum ea, quae sibi accidunt, mala, vel perfectiones, quae in ipsum excitantur, ferat eo modo, quo fures, atque sicarii; hoc est cum impatiencia, & rabie, quae ut plurimum a sceleratorum poenis non dissociantur; sed patietur, easque suscipiat, quae digna sit qualitate Christiani; quam*

gerit. Sed quomodoam tribuere possumus hunc characterem nostris calamitatibus, & malis, nisi animos nostros ad illa hoc pacto recipienda preparaverimus? *Biron in Adv. serm. quarto.*

Tribulationes sunt caeli via, quam Salvator ipse fecutus est, quam proprio sanguine indigitavit, nobisque in suo evangelio descripsit, ita ut cum Apostolo quodam dicendum sit: *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Act. 14. Ne credamus, caeli viam floribus stritam esse; immo tribulis, spinisque impedita est, faxis, foveisque praeputa. Necesse est, ut per multas passiones traducamur, ad regnum Dei perveniamus. Quamobrem S. Gregorius Nazianzenus, tribulationes regiam caeli viam appellat: *Regia ad caelum via. Idem.*

Homo nil patitur, quod nesciat Deus. Ipse proficitur nostram agnoscere pauperiem, nostrasque tribulationes; quocumque mali accidit, quocumque adversitas premit, quocumque labor urget, nihil illius effugit cogitationem, nihil ejus oculos fallit. Passim miseri capiti explorata, comperitque esse mala sua, ut alii misereantur; arbitrantur mala haec imminui, nisi lateant; quaerunt amicos, in quorum sinum suas effundant lacrymas rati, dolorem suum hoc solatium levare posse, si ab omnibus agnoscat. Verum haec fidelium in suis tribulationibus felicitas est, si illa ab hominibus ignoratur, Deo tamen esse explorata; quae a confiditatio nonne illis consolationem debet afferre? *Formosus in serm. de tribulationibus.*

Cum dico tribulationem efflere, ut revertatur ad Deum; *Dimite in angustiis requisieris te, Isaia. 26.* non loquitur de coacto reditu, qui oritur ex indignatione, qui tristitia animatur, qui desperatione fovetur, & qui efficit, ut nonnulli Deo nonnulli per quendam ultionis speciem se mancipent, & oculos adibent voluptates quodam conversionis praetextu, ut secreta haec voluptate fruatur, quod ipsi priores dereliquerint illas, a quibus manent, ne derelinquantur. Loquitur de sincera mundi, & peccati nautica, quam parit tribulatio; loquitur de reditu bonae fidei, qui efficit, ut minus doleamus his malis, quae patimur, quam sceleribus, quibus illa constata fuerunt, & quae cor a rebus creatis divellant, ut Deo unice vacet. *Idem serm. pro secunda Adventus Dominica.*

Quod virtutis ergo patimur, multo fiat nobis impedimento; quod rationis causa, minus difficile est; quod vero propter necessitatem, est admodum facile seu quod homo tunc quendam justitiae speciem seum exercet, quae efficit, ut eam, quam patitur, poenam diligit, atque coactam necessitatem in voluntariam virtutem convertat; seu quod natura cor hominis fortuna ipsius accommodat, & sicut tribuat studia ab eo statu, in quo est, non abnormia; seu denique tunc peculiaris gratias impertiat, quae tribulationibus illam auferunt horrorem, quem continent, & efficiunt, ut cum lenitate, atque patientia tolerantur. *Idem.*

JESU CHRISTI patientis exemplum nos in hanc mentem impellere debet, ut animo magno tribulationes perferamus: ut adeo praeclearo eruditi exemplo, S. Aug. ait, dicamus: si ille, qui ipsa sanctificatus erat, haec passus est, quod mihi erit faciendum; *Ut his verbis communitis dicamus, si ille, quid ego? Si ille, qui ipsa erat innocentia, tantum pertulit, ego, qui peccator sum, quid ferre debeo? Quid est J. C. quid ego? Quid ille patitur? Quod ego patior? Si ille, quid ego? De la Voispellere, serm. de patientia.*

S. Aug. verbo complexus est, quidquid de fidelibus dici potest, cum eos *Filio Calvaria* appellavit. Nomen hoc non solum magnificum est elogium, verum etiam genealogiae ipsorum compendium est, atque praecipuum nobilitatis eorum argumentum. Tandem enim, Auditores, verum est; Calvarius patria nostra est, & locus originis nostrae; ibi omnes nati sumus, inter Passionis suae cancellos nos peperit Dominus, per vulnera illius ad gratiae humanae pervenimus, omneque ab illius morte vitam accepimus. Verum haec ipsa Calvaria florum qualitas nos jubet crucifixos esse, ac necessitatem injicit patiendi, quemadmodum pater noster passus est, nisi degenerare velimus, & gloriosam illius adhaerere haereditatem: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est meus dignus.* Matth. 10. *Augur recens, & Anonymus.*

Si heri nequit, Deus, ut nonnulli per tribulationes suam aptum gloriam suam instrumentum; assistit me, de doloribus in dolores me traducit, de tribulatione.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

tione in tribulationem, tanquam per tot pericula virtutis meae, ut nomen tuo sacrificando idoneus evadam. Gloriam meae mihi auferamorem, ut dignus tuae interiam. Fac me mihi ipse pro poenitentiam, & mortificationem amorem, ut amore tuo repleretur; docturi mei ipsius amorem, ut rebus uti, quibus ad Patris tui gloriam usus es. Tribulationes, humiliatones, dolores, confusions, interiores, exterioresque poenae, contradictiones, desolationes estote pars mea, quandoquidem pars JESU CHRISTI fuistis. Nullas ulterius rationes inquirere volo ad tribulationes amandas, ex quo JESUS CHRISTUS summa ratio eas tantopere amavit. Afflictiones, poenae, tribulationes quam desiderabiles estis cordi perfecte christiano; quandoquidem per vos vere colitur Deus, & in gloria ejusdem partem accedimus; & nihil melius, quam adhaerere christiana virtutis soliditatem ostendit! *P. Rapin libro de christiana religionis perfectione.*

Puer nunquam sortis matri suae adhaerescit, quam cum sentit imbecillitatem suam, atque se in labendi periculo videt; nunquam striculus sinum complectitur, quam cum aliquid videt, quod sibi timorem injiciat: nonnunquam etiam mater efficit, ut filio aliquod spectrum obrudatur, quod illum in sinum suum confugere cogat; gaudetque ipsum omnia praeter se unam meture, ut in ipsa ille confidentiam, salutemque omnem continere teneatur. O Deum summae caritatis, ac misericordiae! qui nos magis amas millies, quam mater unigenitum suum, quoties extra nos procellas excitat, ut in temetipso tutum nobis portum aperias, ac nos, ut ad te confugiamus, constringas? Tui in prosperis, laetisque rebus oblivisceremur; tu vero suaviter nos cogis, ut in adversis de te cogitemus, & clamemus ad te. *Libert, cui titulus; Christiani interioris exercitia.*

In altissimi annihilationis statu, in quo Deus in cruce nobis apparet, & in quo certo scimus ipsum aequae Deum esse, ac in caelo; qui ad illum propius accedunt, illi sunt, qui pulchrioribus passionum, & humiliationum ejus characteribus insigniti sunt, si hanc statum patienter spiritui christiano, haec videlicet mente imitandi Jesum Christum... Ego quidem illos admior magis, quam Seraphim, qui sunt in gloria; quod enim illi throno Dei adsistant, ut ibi sancte amoris sui ignibus flagrent, non admodum miro; sed mordicus haerere Dei annihilati throno, nihil eo in statu obtentum, quod natura non perhorreat, atque nihilominus mirabili quodam sacri amoris vi velle felicitatem quidem suam in eo collocare, quod humana mens miseriam vocat, gloriam vero in eo, quod in mundo vocatur opprobrium, nec non divitiis in generali earum rerum contemptu, quas saeculi sapientia bona arbitrat; ne hic quidem triumphus amoris est, quem praes sublimium Seraphim charitate admior; & hic insignis ille status est, ad quem vera Jesu Christi imitatio animas evehit. *Idem.*

Miror equidem, quod adorare possimus Salvatorem tanquam Deum in crucis ejusdem humiliatione, & nihilominus illum imitari boreamus. In speciem quidem illum infinito existimamus, cum tanquam Deum nostrum colimus; & nihilominus eum, in quo est, statum contemnimus, cum nihil intentatum, inausumque relinquimus, ut inde emergamus. Illum, ut dicimus, ex toto corde diligimus, cum eum Deum nostrum vocamus: attamen re ipsa illud odimus, quod eum amabilem efficit, humiliatones, dolores, crucces, quas propter amorem nostrum non sine bonitatis excessu amplexus est. *Idem.*

Opus est, S. Chryostomus inquit, Christianum esse sub manu Dei eadem praeterpropter rationem, quam lapis, vel marmor sub caelo sculptoris, qui inde magis pretii simulacrum elaboraturus est. Sculptor hic marmor cedit, repetitis ictibus inde particulam abscindit, iteratimque mallei ductibus tunc illud, quasi in eo quaesiturum imaginem, cujus animo graphidem tenet, & nonnulli postquam marmor sectum, casumque fuit, imago, quam ibi latuisse dixisset, prodire incipit, eoque dignosci incipiunt lineamenta... Christianus autem homo invisibilis est, & absconditus. (S. Petrus ait) & secundum verba, quibus utitur ecclesia, lapis est vivens in manu Dei, qui illic Filii sui educere volens imaginem, quidquid superfluum est, abscindit; modo auert bona propter illum adversario judicatum, modo tranquillitatem imminuit pertinaci persecutione, hodierna die illum morbo affligit, crallina vero turpi obtreffatione honori ejus officit. Verum cum homo

Quam gloriosus Deo amor, quo in tribulationibus nostris illum prosequimur.

Salvatorem amare non est fugere tribulationes.

Per tribulationes evadimus in perfectam imaginem J. C.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

Tribulationes efficiunt, ut accedamus ad Deum, & eique haeremus.

Facile est propter necessitatem.

fese adeo gravibus subjicit ictibus, tunc politur, ac Jesu Christi imaginem referre videtur. *Ex sermionibus moralibus.*

Demoni quondam dixit Deus: Vidistine servum Periclitum, cui similis alter non est in terra vestra? Quomodo ille tibi non obtemperet? tunc spiritus nequam respondit: nunquid te frustra colit? nunquid sine fructu, & utilitate te diligit? Extende paulisper justitiae tuae manum super eum; illum & in persona, & in iis, quae possidet, percute, & videbis, utrum tibi in faciem non resisteret... Dixisses, S. Gregorius ait, Job arbitrum esse quaestionis, cum Deum inter, & improbum hunc spiritum esset contentio; ac potuisse efficere, ut victoria in alterutram, quam vellet pariter, inclinaret. Si ergo malis obrutus in Deum evomisset blasphemias, si frequentibus his, atque turpicum perfectionibus fatigatus murmurasset, diuturnae desperationi sese tradidisset, penes demone victoria fuisset. Nonne bene dixeram, obijcisset ille Deo, futurum ut, si illum affligeres, quam detrectaret obedientiam, atque reverentiam, quae adeo iactabas. Sed illum Deus ostentavit, tanquam hominem, a quo amabatur. *Idem.*

O miram humani cordis duritiam! id flemus, quod flendum non esset; neque iis rebus dolemus, quae justa doloris nostri causa esse debent. Luges, cum iis, vel gravis aliqua iactura prohibet, ne tuae ambitioni, & luxui visceris; & quod haec ambitio, & luxus hic tibi Dei inimicitiam constavit, non luges? Mulier luges, quod morbus faciei tuae decus abtulit, ita ut placere nequeat mundo, cujus ora in se convertere optabat, & quod peccatum omnem illi abstulit gratiam, eamque Deo invisam praebuit, non luges? *Idem.*

Quemadmodum filius Dei post resurrectionem vulnera sua non reliquit, ita neque relinquit eos, a quibus propter amorem suum illa geruntur: *Cum ipse sum in tribulatione.* Cum illo sum, qui in tribulatione sua me diligit. At undenam scimus, sanctus Bernardus interrogat, Deum nobiscum esse in nostra tribulatione? Hoc scimus, quia in tribulatione sumus; quis enim sine illo eam ferre posset? quis in ea permanere, ac subsistere valeret? Veri amici adversis probantur; plurimi sunt amici, qui diligunt nostra, tanquam mercuris, auro adherescentes; verum si in ignem projiciatur aurum, forsile illud velox statim recedit, ac in fumum evanescit; hi sunt socii mensae, non permanentes in die necessitatis. At non idem de filio Dei dicendum est; hic fidelis est amicus, qui nunquam proptus nobis adeat, quam cum nos tribulationibus afflictari intuetur. *Pater Noster meditationum como 2.*

Jure S. Paulus 2. ad Corinth. 12. dicebat: *propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Cum nobiscum sit Deus in tribulationibus, quibusnam in rebus me mihi placere potes? in infirmitatibus, & morbis, quibus valetudo mea atteritur; in contumeliis, in calumniis, quibus profcindor, & in fictis rumoribus, qui passim feruntur, ut in me commune odium constetur; in necessitatibus, in egestate, cum male habito, male induor, male vescor atque noctu labori vacare cogor, ut meis necessitatibus consulam; in persecutionibus, in angustiis pro Christo, in exterioribus, interioribusque poenis, in tentationum mearum importunitate, in salutis meae metu, in tribulationibus omnibus, quas pro Jesu Christo patior: in his gloriam, honoremque meum statuo: cur autem? *Ut inhabitet in me virtus Christi;* quo enim magis affligor, eo mihi propior est; & si necum est in tribulatione, quid mihi timendum est? Incommodis, superque sum felix? *Idem.*

Inde liquet palam, adversa omnia ex peccato tanquam ex origine sua ducere initium, quod Deus passim justitiae suae instrumentum id adhibet, quod fuit peccati instrumentum. Corpus hoc, cui omnes voluptates tribuit, aliquando fortasse crudelibus doloribus torquetur; haec species, quam tanta cura tueri satagitis, & quae tot mala parit, quamprimum vos apud homines efficit miseris, quales jam in Dei oculis estis; filius hic, quem tanto amore prosequimini, vestra cruxerit; amittetis bona, quae sunt fructus iniquitatum vestrarum; obtreffatio, & ultio vestra in vos convertentur: *Venit super te malum, & nescies ortum ejus.* Iai. 47. Illius originem inquires, eamque invenire non dabitur; illas putabitis extitisse causas, quae ad summum divine justitiae intru-

Deum nobiscum est in afflictione nostra.

Deus nobiscum est in afflictione nostra.

Deus nobiscum est in afflictione nostra.

Deus nobiscum est in afflictione nostra.



sacrisse cogitur; & Deo cultum adhibere, quem...

In tribulationibus nihil...

Bona, que in tribulatione...

Quomodo vult Deus nos...

In mundo hoc tamquam in...

Tribulatio est...

esse, qua perferimus, & una iustitia nostra nos...

Sathanas adversas sanctam hunc virum...

potestate, quam a Domino accepit, cum omni im-

Tunc igitur in uno ex maximis, que unquam...

Dolores non adeo inoleste perferuntur, cum sibi...

Docet Scriptura, Deum ad peccatores puniendos...

In fratre Joseph historia videtur vix conscientia...

Patientia, ubi...

Adversa nos...

Qui habendi...

Nulla res est...

Interior gratia...

Deus per tribulationes...

Tribulationes...

qui in vestris vos deserunt necessitatibus, hac...

Adversa nos...

Qui habendi...

Nulla res est...

Interior gratia...

Deus per tribulationes...

Tribulationes...

caput elati essetis, eisque dominarentur? Deus...

Quam multa Deo agenda sunt a te gratis, cum...

Adversitas, juxta Dei conceptum, fidele est...

Virtus, cui in terris prospera fortuna comes...

Eheu! quantam meritorum iacturam faciis, si im-

Sine adversis...

Adversitas...

Omnis me...

De illis qui...

paupertatem ferre velletis, quippe egestas, uti opus est, tolerata, ex S. Chrylioni hom. de divit. sententia, Martyres facit: Habes pauperes martyrium suum, & egestas bene tolerata facit Martyrem. Magnos ac trillia vltra parum aqua, & parum reisor, ac trillia locum traheret iustus, & qui inter cruciatus non cogitaret Deum, essetne martyr? Sin autem odium suum contra iustitia mittit testaretur, illos perhorresceret, iniuriis atque conviciis impeteret, nonne se coram Deo nocentem preberet, quin tanquam martyr ob oculis eius appareret? P. De la Peste sermone de fidei male patiente.

Tria crucis genera, & tres patientia modi.

S. Augustini sententia est a pluribus sepe usurpata, cruce omnes, quae ferri, & omnes, qui cruce ferre possunt, in Calvario fuisse, ubi simul impius, poenitens, & innocens cruce ferre coacti. Primus damnandus erat, alter abolendus, tertius vero damaturus, & absolvendus. Quid similis tribus his crucibus? quid tribus hinc crucifixis dissimilis? Hi tres homines singuli tunc cruci suffixi nobis exhibent omnes status, qui complectuntur, quidquid hominum est in terra. Statim videlicet peccati, poenitentiae, & innocentiae. Nullus a cruce immunis est, agitur solum, quomodo crux sit illi facienda. Pati non potestis, ut olim Jesus Christus; ille innocens erat, vos autem innocentiae iacturam fecistis. Pati non vultis, ut latro nequam, quia in peccato meri non vultis; reliquum igitur est, ut bonum imiteminati latronem, qui sua vitiorum cruce ad paradisum proterendum, idem.

Quodam sit Dei nos assigentis cogitium.

Deus supremus Rex noster, quantumvis pene illud sit supremum rerum omnium imperium, nobis tamen misericordiae suae perhibere studet testimonium, cum de illius severitate conquerimur; nosque cogere vult, ut de illo cogitemus, illum reverentur, illi serviamus. Vixne illum tecum agere tanquam Dominum, nullamque tui curam gerere? Tecum ager, quemadmodum olim populo suo misitatus est; agerit? *zelus meus a te, ne irascar amplius.* Nunquam imperium testatam tibi faciam indignationem meam, non turbabo te effectibus ira meae. Avertat Deus terribile hoc malum. Miser prodige Fili, nisi laborares fame, unquam ne ad patrem tuum revertaris? Eger hic nonne in desperatis habendus esset, si nulla ipsi a medico pharmaca propiarentur; atque inconditis cupiditatibus suis traderetur? *Meditare si cessaverit curare, a desperatis.* Deus tua cognoscit vulnera; scit, animam tuam ulceribus esse tadatam; nunquid illi succedere debes, si ad incisiones devenierit, & quidquid cor tuum corrumpere potest, fecerit? Severitas illius nonne certissimum est clementiae ejusdem argumentum? *Secaris, quia non desperaris.* Tribus hinc momentis, quibus tanto maiore confeceris, atque laboribus opprimetur a te subeundis, ut rei domesticae consulas, paupertate coactus mollitiam mortificare, ac luxum imminuere, die illi tuam est, Domine, p. o. ut sanctissima voluntati tuae libitum fuerit, de rebus omnibus dissonere; iam in manibus suis veluti creatura tuis indigna favoribus; sed quanta haec gratia est, Domine, qua mea studes incolumitati, meque cogis, ut studeam eidem? Adoro te, & benedico tibi in dolore meo, ac tribulatione, idem Pater la Peste.

Adfexus Crucifixi, & Dei patientis cogitatio non sitis tribulationibus solatium debent adferre.

Precaul d. bio non ibitis inficias, illum melius videri, ac huius mala passurum, qui Deum patientem cogitaverit; verum hinc ne animus quidem advertitur; maror, ac tristitia nos occupant, neque oculos nostros in Crucifixum conjicimus. Hoc ipsum vobis, Fideles, exprobatum sum; voluptates tantum, ac terrae bona, quae amittitis, cogitatis, ac impatientia vestra procul amovet solatium, quod Dei exemplum potest asserere. Ferte igitur sine solatio, hoc meremini; iniusta, & violenta consilia, quibus rem vestram augere satagitis, favore, in quos haec vos conjicit agritudo, detractio, calumnia, odium, quod in line persequenda fovetis, vobis erunt solatio. . . . Haui equidem miror, quod male patientes multum, diuque patiamini, idem.

Quam beati estemus, si in frequentibus casibus, quibus opprimimur, in adversis, quae bonis hominibus accidunt, & efficiunt, ut fucato iustitiae zelo coram Deo lugeamus, quam beati estemus, si vix huius calamitates non solum tanquam peccati effectus, aut veras nocentium penas, verum etiam tanquam secreta divinae voluntatis consilia, quae in se suam elicere novit gloriam, consideremus. Frustra arbitremur, innocentiam, & tribulationes simul esse

non posse. Ex novis sermionibus suppresso nomine auctoris editis, sermone de tribulationibus pro feria 4. post 4. Quadragesima Dominicam.

Facile est se virtute praeditum putare, cum nulla ingruit calamitas. Quae neque bonorum, neque valerit, neque libertatis, neque honoris iacturam metuit; quae commoda fortuna laevitibus fruatur, qui consilia sua ex animo cedere videt, qui alicuius religionis, ac pietatis sensum habet, nec non externam eris habitum ad devotionem compositum, ac bona indole fufultum, se ipsum, & alios fallit. Quilibet, S. Augustinus inquit, requirit in domo sua, in pradiolo suo, in adificio suo, nemini efficit, ac semper tranquille iis fruatur, quae possidet; ideoque veram se habere virtutum sibi blanditur, sed quoti. s fallitur? Haec igitur probanda virtus est, & tribulatio illius periculum faciet; quae, agritudine haec, quam tibi immitit Deus, subvertet lectulum, in quo requiescis: *Univerfum stratum ejus versabit in infirmitate ejus.* Psal. 40. Tunc intellet, utrum veram habeas in malis tuis patientiam, humilem divinam imperis humilitionem: diuturnus bone valitudinis ulus te tibi abscondebat, moribus hic talem te proder, qualis es. Lis, qua vultus fuisti, incendium, quo domus tua confagravit, violenti usurpatoris persecutio te tibi detegent. Rem assuetudine, & quies tibi soporem immiserant, teque facinverant; sed te ex lethargico hoc sono paupertas, & calamitas excitabunt, idem.

Fidelium animarum via non magis immunis a tribulationibus, & calamitatibus est, quam impiorum, non distinet; sed eorum tribulationes procul & natura, & effectibus, & diuturnitate differunt. Differentia natura; alia quippe sunt monita, quae misericordis Deus tribuit filius tanquam amantissimus pater, alia vero sunt damnationis sententia, quam veluti irritatus iudex exercet. Differentia effectibus: tribulationes enim impios prosterunt, indurant, & ad desperationem adiungunt; in bonis vero fidem confirmant, spem fovent, & charitatem perficiunt. Differentia diuturnitate; in aliis quippe fuit initia supplicii, infernaeque praesidia, in aliis vero uberes consolationum fontes, & femina gloriae. *Auctor actionum Christianarum, sermone de electione suavis.*

Ad virtutem depurandam, probandam, confirmandam, a saeculi cogitatione praeservandam, in salutis portum deducendam, eamque immortalibus coronis dignam efficiendam, opus est, nobis certaminibus, difficultatibus, humilitionibus, calamitatibus, crucibus, persecutionibus; opus est ergo persecutoribus, ideoque etiam improbis, & improbis vim, & potestatem habentibus. Viri boni huic muneri impares essent; impii ergo vitiorum Deum, quos, S. Augustinus ait, facit sua iracundia instrumenta, suaque providentia miseros. Hos potestae replet, atque auctoritate; flagella fuit in manu illius ad nequiores peccatores puniendos, vel saltem virga ad filios suos corrigendos: *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, inquit Isaias propheta c. 10. Assyrius licet impius, licet infidelis, virga est, & baculus furoris mei; verum dic, Domine, die esse quoque tuae misericordiae instrumentum.* Si impiis uteris, ut bonos percitas, non uteris, ut in illos tuam iracundiam exerceas, sed ut super eos infinitas misericordias extendas, eosque melius ad quadragesima Dominicam sine auctoris nomine editis.

Nulla conditio est, quae creaturarum infidelitatem non exuperat; nullus status a dolore, ac tristitia immunis, nulla familia, quam inopinatus eventus ferreas, oculus lactu non replet, nullus homo, quem merore non sequatur, vel cui non occurrat. Denique terra, quae tanta cum inaequalitate partur, quidquid habere potest boni, suas ubique calamitates effundit, & ad plerumque mortalium inlicititatem satis esset tana haec disparitas eorum bonorum, quae singuli eidem debere possunt. Verum enim vero quorum licet adeo invehimur contra incensantiam, paupertatem, & crudelitatem huius mundi? Nunquid sperare possumus, nos istic esse posse beatos? Nunquid mirum est, quod iste ferre mala debeamus? Mundum debemus cognoscere, & nisi cognoverimus illum, quomodo spes illa suberit nobis potest futurum, ut ibi diuturnam, tutanque tranquillitatem quibuscumque laboribus somus obnoxii, nulla prolecto. si Christiani essemus, nobis quarela exideret. Terra haec quantumvis tristis est,

Tribulatio, n. b. & ad veris Deus periodam facit virtus.

Diferimen inter iustorum, & impiorum tribulationes.

Pro iustorum bono permittit Deus, ut illi impit persequantur.

In omnibus conditionibus habet serendum est.

est, nonne locus est, ubi aeternam nobis felicitatem praeparare debemus, ubi acquirere, & exercere debemus virtutes, quarum pretio coelum comparemus? Liber cui titulus: *Animadversiones in quadam religione, Ethicae argumenta.*

Qui in tribulationibus impatiens respiciunt, Deum iniuste redarguant.

Ut de aliquo conqueramur malo, credamus, opus est, nos illud iniuste pati. Non detrectamus calumniam, quam meriti omnibus, vel qua procedit ab auctoritate, contra quam solum non licet. Christianus nequit ambigere, vix huius mala Deo vel permitte, vel jubente contingere; haec si parum aqua videtur illi, sequitur. Deum ab ipso modice aquitatis insimulari. Cur ait ille impatientia furens, cur tandiu pati cogor? Cur malum meum adeo diuturnum est? Cur tot alii fuit me beatores? Quali diceret, cur in me adeo iniustus est Deus? Deus nihil iniuste facere potest; debet ergo fidelis aliquantulum habere patientiam. Qui dicit iniuste patior, quod patior, illum iniquum facit, eujus iudicio patitur. *Id.*

Mirum esse non debet, quod Deus nos per-batibus assigat.

Mirum nonne est, quod fidelis, quem probat Deus, ut magnum faciat, conqueratur, quod patitur, quin praevideat, quod sperare potest? Princeps non patitur subditos, quem cupit attollere, immo illud difficillimis, impedissimisque implicat negotiis; illum bellorum casibus obicit; difficilia ei committit facinora. ubi sum requiem, bona, vitamque ipsam prodigere tenetur. Subditos vero profpiciens honestam laborum suorum mercedem, magno, gtraquo animo obsequitur. Anima ignava! Magne fortunae stantem pretium turpis otii, dubie fidelitatis, modici laboris? Deus rationem habet constantia tua, tibi non patitur efficere vult, ut falget virtus tua ac illius periculum facere cupit. Pateris, & dic, multumque pateris, ia te Deus diligere, atque attollere cupit; eum tibi praeparat locum, ubi in aeternum ejus largitatem celebrabis. *Idem.*

Ratio propter quem sumet divinis submittit debemus impit in tribulationibus.

Nihil nos magis divinis submittere potest imperiis quam virtus, quae eos nobis sensus inspirat, quos supreme illius auctoritati, iustitiae, & misericordiae debemus, Philosophorum more pati idem est, ac nosmet ipsos fallere, & illud re-Deo, qui saluti nostrae, omnibusque casibus praedit. Cum sub illius flagello eum colimus, illi benedicimus; bonitas sua eundem nobis debitorem constituit. Nos in adversis relinquens submissionem, & amorem nostrum probare volebat; nisi concessa fuit fidelitas nostra, periculum fecit, ut plam nolita erga voluntates ejus submissio essetigeret: inde sperare possumus ejus obedientiae mercedem, quae illius proficit gloria. Nisi tranquilla constantia nostra Deo jucunda esset futura, ille nobis occasionem ostendit; eam non preberet. Certum eorum bonorum, quae praeparat nobis indicium hoc est, quod nos illa mereri vult; si nihil haberet, quod largiretur, fineret nostra nos sequi studia; nihil expectaret a nobis, & non ab eo nihil expectare possemus. *1 em.*

Tribulatio inanis nobis interdicit nequas, efficitque ut de Deo cogitemus.

Qui in bono confirmatus non est, vel qui pravae habet studia, libera, ac temere se se iis omnibus abdit, quae illius cupiditatibus vellebantur, cum vite commoda, & rerum affluetia ejus studiis latent. Sitem facilius in utilibus immoratur nugis, quae illum magis, magis quae salutus sine remouet cura; evagatur, animo inepta dumtaxat versabit objecta; cor ejus facile in quancumque partem circumegetur. Nihil in actionibus ejus solidum erit, pauca pietatis opera, fructus poenitentiae nullus. Tribulatio eum revocat ad cor, illi inanes interdicit nugae, cogitationibus ejus virtutum impertit, voluntatem regit, & animat, ut ille sua obeat officia. Hominis huius ideae, & motus sunt tanquam angustia in spatio coacti, ubi non aliud, quam quod sua interest vere, intuetur: gratia in nullos obices invenit &c.

Diferimen inter bonorum, & impiorum tribulationes.

S. Rex Propheta dicebat Deo: iudica me, Deus, & discerne causam meam de gente non sancta; plurimum improban docentes vitam ipsi impit irrident, & persequuntur: non tamen eadem ob causam propter quam viros bonos. Virtute praeditus, qui in lubricum tradocitur, ad Deum conf. gre potest, ac dicere illi, ut David, iudica causam meam, Deus, & cogita, quod propter te impit me persequuntur, Si in eorum partes concedere vellem, si in eorum artes, ac sensus transitem si libitum suarum me focium adderem, in pretio, & honore ab illis haberet, qui per summam indignitatem me p. obris, & conviciis afficiunt; cordatus homo, recteque sensus exitimaret, omniaque consilia, & verba mea plaustris exciperent. Sed quoniam tibi me adhaere profitor, ideo me contempnum, persequuntur, irrident &c. Sed magna gloria est, o Deus, pro gloria tua pari, & omne tuae crucis opprobrium inani mundi huius exhibitionis censo toto celo, esse antefereendum. *P. Crasset, sermo 1. de fide videlicet.*

Isidori Bibl. Tom. IV.

Deus, qui eos punit, quos in filiorum suorum numero excipit, in hominum vita, praesertim vero in vita fidelium bona malis commisset, & aliis aliis temperat; ne illos prospera attollat fortuna, si nimis constans extiterit, vel ne adversa illos obruat, si nunquam cessaverit. Etenim, ut Sancti Patres animadvertunt difficillius est prosperam ferre, quam adversam, & illius nitorem alterius pondere esse magis periculosum. Experientia docti saepe vidimus, eos, qui in tribulatione sapientes vixi ruere, ubi Deo inde evaserant, sapientes esse desisse, atque finem tribulationis eorum factum fuisse lapsus initium.

Consilium Deo in tribulationibus nostris.

Liber, cui titulus: *Vita Prophetae.* Huiusmodi tentationes vere lydiae lapides sunt, per quos nosmet ipsos cognoscere possumus; cumque vir bonus per illas fuerit traductus, Deo gratias agere debet inde quidem, quod sibi adeo praclarum praebuerit occasionem muneri sui obendi; hinc vero quod sibi certanti tulerit opem. Adoranda quoque sunt viae sapientiae, & providentiae divinae erga filios, eo quod validas haec tentationes adhibeat magis, magisque in animabus ipsorum electiois divinae confirmandam veritatem. Homines suos habent fines; Deus vero permittens illis, ut secundum intentionem suam operentur, eorum utitur ministerio, ut profus oppositum ab eo, quod ipsi cogitant, evenias. Liber, cui titulus: *Examen Summe Ipsi.*

Tribulationes nostrorum met cogitationem nobis tractant.

Hominum plerique in tribulationibus suis, ut plurimum, operantur vel secundam ingenium, vel secundum habitum suum. Si ferocis est, ac furens hominis ingenium, illum tribulatio irritas; in Deum succenset, in homines furit, de providentia conqueritur; sine acerbissimi doloris sensus fovet, ultionem minatur. Si paulo moderatus ingenium est, humana confectatur auxilia, ut aliquod malo suo remedium inveniat, unice in id omnia prudentiae suae lumina impendit. Sin timidus est, tristitia conficitur, & in quibus erumpit, atque in dolore, & lacrymis suam inquit solatium. Si Stoicus, ferocem quandam praesertit duritiam, atque in seipso quandam reformare studet stupiditatem, ita ut bonum, malum nullo habeat in discrimine. Si christianus religionis principia aliquam in illo vim obtinere, se se ad orationem convertit, sed illam arget, ut a praesenti periculo liberetur, non quod lesti numinis ipsam ponit, & doleat eo, quod haec divina indignationis indicia meruerit. Hi minime sunt vere pietatis characteres. Fidelis enim in afflictionibus sentiens charactere, quo premiur, illud statim considerat veluti mansuetum divinae in se iracundiae argumentum; & mox animum advertens ad propria seclera, & celestem gratiarum abutem, d. m. illis persequeretur, se ipsum damnat, supplicium hoc se meruit fuisse fatetur. *Idem.*

Adversitas variis habet in mortalibus effectus.

Viva, & firma fides illi necessaria est, qui sustinet cum patientia; & sane nisi evangelicae veritates constanter crederemus, nobiscum persuadere possemus, beatos esse qui lugent, & qui persecutionem patiuntur? Nisi in aeternas veritates mentis aciem intenderemus, in humilitate, ac dolore gloriam, & voluptatem invenire possemus? Videmini profecto, Fideles, parum J. C. praecerti imbuti, cum ignavia sub labrum vestrorum pondere ceditis. Si plus fidei, plus quoque patientiae haberetis. *P. la Peste sermone de coram, qui male patiuntur, iudicia.*

Viva requiritur fides, ut patienter mala sustineamus.

At enim, non defunt, quos tribulationes non solum non corrigunt, sed indurant, & nequiores efficiunt. Hi, non secus ac latro nequam, blasphemias evomunt, ubique suam reprobationem consummant. Ad haec autem quid respondeam, nisi eorum miseriam sortem desens, ut olim Carthagenisum inlicititatem desebat Aug. Amittis omnem calamitatum vestrarum fructum, ajebat illis post provinciarum eorum dem defolationem. Miseri facti estis, & non ideo meliores evasistis. Volebat Deus vos vere Christianos efficere vos assigens, vos autem in peccato vosmet indurastis. *P. Ch. minas serm. de tribulationibus.*

Aliqui tribulationibus abutuntur.

Nonne mirum est, amorem, quo JESUS CHRISTUS nos prosequutus est, esse, uti, ut crucem, tribulationes, & humilitiones amplecteretur, quancumque illi opus non esset, quancumque illum desecerent, atque magnam, & iuge requireretur miraculum, ut iidem subeundis p. r fieret. Nonne mirum inquam est, amorem, quo J. C. nos prosequutus est, est effecisse, ut haec omnia parageret; amorem vero, quem nos J. C. debemus, non efficere, ut illius sequamur exemplum illi similes evadamus, & si minus alacri, ut ille, ego tamen animo amplectamur crucem, tribulationes, & humilitiones, quae non utiles tantum, verum etiam nobis sunt necessariae? *P. Nepveu in spiritu Christianismi.*

Exemplum, & amor, quo Saluator nos dilexit, nos cogunt, ut pro illo patiamur.